

Adiuta S. A. clientela a Petro illius avo fuerat Aragonia.

nis Ecclesiasticis, nec non & quampluribus suis associatum proceribus per mare ad Sedem Apostolicam accedentem, ut inibi ab eodem Innocentio Prædecesore Militiæ cingulum & Regium acciperet Diadema, honoravit multipliciter honorifice, ac benigne recepit, & in Ecclesia Sancti Pancratii Martyris iuxta Transiberim per bonæ memoriæ Petrum tunc Portuensem Episcopum in Regem inungi faciens, deinde manibus propriis coronavit & Regalia insignia universa Mantum videlicet & Colobium, Sceptum & Pomum, coronam & Mitram, quæ ad opus ipsius non solum speciosa sed & pretiosa parari fecerat ex more in Regum Coronationibus observando munifice largitus eidem, ab eo Juramentum corporale recepit, per cuius religionem præfatus Rex inter cætera fidelitatem & obedientiam ipsi summo Pontifici, ejusque successoribus, disceque Romanæ Ecclesiæ, Regnumque suum in ipsius obedientia fideliter conservare promisit; ac demum Rex ipse cum multo tripudio & applausu coronatus iuxta eundem Prædecesorem Innocentium ad Beati Petri Apostolorum Principis Basilicam rediens, super illius Altare Sceptum, & Diadema deposuit & Militarem Ensem de manu ejusdem Prædecesoris accepit, dictumque Regnum suum antea censuale a suis Prædecesoribus eidem Ecclesiæ constitutum cupiens principali post Deum ipsius Beati Petri, & Apostolicæ Sedis protectione muniri, præfato Innocentio Prædecesori, & per eum ipsi Sacrosanctæ Apostolicæ Sedi obtulit, illudque sibi & successoribus ejus in perpetuum divini amoris intuitu, & pro suæ stirumque Progenitorum remedio animarum novo adiecto censu constituit censuale; pollicendo adiciens & adiciendo pollicens, quod ipse ac successores sui specialiter eidem Sedi fideles, & obnoxii teneantur. Hæc autem perpetua lege fore servanda decernens, ut hujus modi regalis concessio robor firmitatis inviolabilis obtineret ipsam in scriptis redactam, & de Procerum Curia suo consilio presentibus dicto Arelaten. Archiepiscopo quondam Sancto Patruo suo Hugone de Baucio, & Arnaldo de Faciano Baronibus suis sigilli sui munimine roboratam eidem Prædecesori concessit.

Regio editio Petrus suos successores ecclesiæ stipendiariorum constituit.

Inde fidei violata Petrus Siciliae invasor arguitur.

Fraude sceleris operis.

sequia prof equenda dispositum nulla diffidatione præmissa, quod multorum iudicio proditiōnis notam non effugit hostiliter impetendo, nec non & contra ipsam Matrem Ecclesiam Terram, ejus, sicut prædicatur, invadendo, & occupando direxit. Nec eum excusat sed accusat potius, quod ad partes Africæ Insulæ prædictæ vicinas diebus aliquibus deelinavit. Id enim ipsum ideo concinnasse probat, immo & convincit eventus, ut opportunitate captata commodius iniquitatem quam conceperat parturiret: maxime cum per suos Nuncios missos exinde pluries eisdem Panormitanos sollicitasse, ac ipsis in præsumptam malitia obtulisse consilium, & auxilium diceretur. Nec esset vel fit verisimile quod eandem Africanam Terram quippe diffuso vastam ambitu, refertam incolis non profusis imbellibus, crebris munitionibus ut habet fama non vacuam, opibus & aliis opulentam; cuius invasionem vix multorum Regum, & Principum, quorumque potentia coærcervata præsumeret ipse ad hoc proculdubio divitiis impar, & viribus cum comitiva modica bellatorum solus assumeret invadendam.

§. 10. Numquid & iterum hæc non ostendebant, & patenter ostendunt, quod idem Rex Aragonia Nepos tamquam ejusdem Insulæ dicti Regni Siciliae partis non modica manifestus invasor, & occupator ac Panormitanorum rebellium, & seditionis, commotionis, seu concitationis, pacisque turbationis contra præfatum Regem Carolum motæ notorius fotor, & fautor, & adversus eandem Ecclesiam actor & fautor sique Complices, Comites, satellites & Ministri præmissam per Nos in prædicto Ascensionis festo latam in omnes nostris monitionibus, præceptis, & inhibitionibus non parentes Excommunicationis sententiam incurrerunt, nec absolutio nis Vassallorum suorum a Juramento fidelitatis, si quo tenebantur eisdem, privationis feudorum, quæ ipsi a Romana vel aliis quibuscumque tenebant Ecclesiis, & expositionis Personarum ultra mortem, & mutilationem bonorumque suorum comminatum in eodem festo periculum, evitarunt. Universos autem Insulæ prælibatæ Rebelles scilicet Messanenſes, Agrigentinos, & ceteros Civitatum, Castrorum, Villarum aliorumque locorum ipsius Insulæ Cives habitatores, & Incolas cujuscumque sint præminentia, Dignitatis, conditionis, aut status, qui Panormitanis eisdem in pertinacia rebellionis assumptæ saltem se illis audacia simili sociando, ac eos proinde validiores, & firmiores in illa reddendo, nec non societatibus, confederationibus, partitionibus panarum, & Juramenti adjectione firmatis, ut ex tunc dicebatur uniendo favorunt, & tam alios quam Panormitanos eisdem, qui prædicto Regi Aragoniæ Nepoti contra prohibitiones & monita nostra præmissa intendere, in invasione & occupatione præfatis ipsum recipere ac receptare, se illius regimini submittere, sibi que contra Ecclesiam, vel Regem Carolum prædictos favorem & auxilium impendere præsumperunt, eisdem subiectos sententiæ ac periculo fore proculdubio ex tunc liquebat, & liquet expositos: Civitates vero, Castra, Villas, & alia loca prædicta, nec non & Universitates ipsorum ecclesiastico supposita interdico. Hæc sunt quippe quæ per eundem Aragoniæ Regem

Panormitanos ad rebellionem sollicitat.

Eum anathema contra Siciliae invasores latum constituit.

Regi, favoribus, federatibus factis.

Ne-

Nepotem Deo, & Ecclesiæ servitia exhibentur. Hæc sunt quæ ipsius Ecclesiæ prof equi se præstabat obsequia. Hæc fidei Catholice incrementa: sic exaltationem Religionis Christianæ prof equitur, sic procurat, sic Dei, fidei, Ecclesiæ, ac Religionis earumdem hostes persequitur, sic impugnat, Talibus in se Regalem Dignitatem intulabat, Talibus vitam suam, famam, genusque decorat.

§. 11. Quamquam autem tantis excessibus excedentiumque demeritis processus gravior deberetur, & ad præmissarum comminationum executionem ex tunc procedere non injuste possemus, Immo etiam, sicuti prædictorum perhibet consideratio deberemus; quia tamen nec sit a charis Charitas etiam læsa recedere, paternæ charitatis affectio nos inducit, ut cum sumus licet insufficientibus meritis illius Vicarii, qui non mortem Peccatorum, sed ut convertantur, & vivant, se velle fatetur, Regem Aragoniæ, & alios supradictos denunciationibus, monitionibus, mandatis, prohibitionibus, & comminationibus ad conversionem celerem, ne in peccatis iniquitatibus, & Sententiarum laqueis, quibus se, prout ex præmissis liquet appetiis, involverunt, obdormirent in morte, curaremus benignius excitare. Ideoque in festo Dedicationis, & Platea prædictis de fratribus nostrorum consilio denunciavimus sæpefatos Petrum Regem Aragoniæ, Nepotem, suos Comites, Complices, satellites, & Ministros, ac Insulæ memoratæ Rebelles ex Causis prædictis Excommunicationis, Civitates, Castra Villas, & alia loca prædicta nec non & Universitates ipsorum interdicti præmissis per Nos latis sententiis subjacere de novo, tam in Regem, & alios sæpe dictos, quam in Universitates Castra Villas & loca prædicta ex Causis eisdem & propter auctam contumaciam eorumdem in non parendo nostris monitis, & præceptis & a Nobis prohibita pertinaciter prof equendo divitiis, tunc sententias similes promulgantes, Præfatum autem Regem, & Exteros universos, & singulos, qui cum eo aut alias in præsentis turbationis, sive Rebellionis auxilium prædictam Insulam ingredi præsumperunt, vel inibi existentes eidem turbationi seu Rebellioni quomodocumque favorunt attente monuimus, eisque districte præcepimus, ut ab hujusmodi suis excessibus, & offensis penitus desisterent eandem Insulam exirent omnino, numquam illuc in nostrum, & Ecclesiæ vel Regis Caroli prædictorum quoad præmissa quaecumque præjudicium revertantur. Adjecimus etiam ne quis de novo ad id Insulam supradictam intraret, vel aliquam ejusdem Siciliae Regni partem publice vel occulte impeteret, turbaret, vel aliquatenus molestaret. Universis quoque Civibus, Incolis, habitatoribus, & universitatibus Civitatum aliorumque locorum ipsius Insulæ cum simili bus monitione, & districte injunximus, ut Regem Aragonum & externos antedictos prorsus expellerent nullo unquam tempore ipsos aut alios ad præmissa vel similia inibi recepturi, Districte insuper inhibere curavimus, ne idem Rex Aragonum se Regem Siciliae nominaret, Regium sub intitutione Regni Siciliae Sigillum assumeret, vel uteretur assumpto, neque Privilegia, Immunitates, fenda, donationes, bona, vel Jura quacumque in eo aut aliqua ejus partem

Pontifex post debitas monitiones

Regi, favoribus, federatibus factis.

Bull. Rom. Tom. III. Pars. II.

te concederet, vel tamquam Rex Siciliae quidquam agere attentaret, neque Dominium vel subjectionem aliquam in quacumque singulares Personas aut terras ipsarum, seu Potestariam vel quamlibet Restoriam, sive officium quocumque nomine censerentur, in Civitate vel quovis alio loco maxime ipsius Regni Siciliae aut alicujus partis Italiae in nostrum, Ecclesiæ, aut Regis Caroli eorumdem quomodocumque vel quaecumque gravamen per se, vel per alium reciperet, vel etiam acceptaret, aut cum eis vel eorum aliquo in ipsorum Ecclesiæ vel Regis gravamen, sicut prædicatur, societatem sive aliam confederationem contraheret, vel servaret qualitercumque contractam. Neque singulares Personæ præmissæ, vel alie undecumque Civitates vel alia loca eidem in Ecclesiæ ac Regis Caroli prædictorum persequutione hujusmodi persistenti, vel alii pro eo sive in favorem ipsius præmissa concederent, vel aliquid præmissorum, aut ipsum, vel alium pro eodem vel in favorem illius ad prædicta vel aliquid eorum eligerent, nominarent, reciperent vel assumerent quomodocumque. Nec ipse Rex Aragonum vel quivis alius singulares Personas, Civitates, & loca eadem vel universitates ipsorum specialiter aut cujuscumque partis Regni Siciliae, ut se vel terras suas ejusdem Regis Aragonum Dominio vel obedientia cuicumque supponerent, aut eum vel alium pro eo seu in favorem ipsius in Potestatem, & Restorem, vel ad aliud quodcumque Officium, ut prædicatur eligere, nominare, vel admittere attentarent, sive cum eo societatem aliquam vel confederationem contraherent, aut observarent qualitercumque contractam, seu quod Cives, Incolæ, habitatores, Civitates, vel alia loca prædicta sive universitates eorum præsertim cujuscumque partis ejusdem Regni Siciliae, a nostra, Ecclesiæ, ac Regis Caroli prædictorum fidelitate seu devotione quocumque modo averterentur, vel averfa etiam in hujusmodi aversione persistenter, per se, Nuncium, vel litteras inducere, aut donis, promissionibus, seu alio quovis modo allicere vel sollicitare præsumerent: Neque singulares Personæ, Civitates, Castra, Villa, seu loca præfata se dicti Regis Aragonum hujusmodi, Ecclesiæ, ac ipsius Regis Caroli persequutioni quomodolibet insistentis Dominio, regimini, vel obedientia qualitercumque subicerent, sive in nostrum, Ecclesiæ, seu Regis Siciliae præjudicium vel gravamen, ut prædicatur ipsum Regem Aragonum, litteras, vel Nuncios suos, vasa quavis apta cuicumque Navigio, Gentemque reciperent, vel receptarent, aut accederent ad eundem, ipse litteras mitterent aut sibi, Genti vel Nunciis suis seu alii pro eis maxime in aliqua parte ipsius Regni Siciliae obedirent vel intenderent, ministrarent fodrum, equos, arma, vel vasa hujusmodi sub venditionis titulo, aut aliter quomodocumque ducerent concedenda, seu ab eodem Rege Aragonum, vel alio pro ipso Immunitates, fenda, vel largitiones quaslibet in eodem Regno Siciliae, quas constabat, & nos nihilominus declaravimus, & adhuc declaramus, decrevimus & adhuc decernimus non tenere, vel alibi occasione instantis negotii ejusdem Regni Siciliae, aut stipendia ubicumque

Variaque prohibitiones, eidem Siciliae declaratae.

E 2

con-

contra nos, Ecclesiam, vel Regem Carolum supradictos recipere, vel pro rebus promissum audeant servitium exhibere, aut alias prestare consilium vel favorem publicum vel occultum, nec cum ipso Rege Aragonum vel alio pro ipso seu in favorem ipsius societatem, colligationem, vel conventiones quascumque in nostrum, Ecclesie, aut Regis Caroli eorumdem dispendium qualescumque contraherent, aut contractas etiam sub vinculo Juramenti vel quarumlibet adjectione penarum sive pactorum, audent quomodolibet observare: singulariter autem Michaellem Paleologum, qui se Imperatorem nominabat, quemque super his, & precipue super exhibitio in predictis eidem Regi Aragonum contra Nos, & prefatos Ecclesiam, ac Regem Carolum consilio, auxilio & favore, nec non pactis, conventionibus, & confederationibus initis cum eodem ex tunc argumenta verisimilia deferebant, vox praterea publica, & communis accusationis quasi continue incessabat, omnesque sibi de facto vel quomodocumque subiectos attente monuimus, eisque districte precepimus, ut omnia monitiones, precepta, inhibitionesque premissa, que Michaellem, & subditos contingebant eisdem, vel possent quomodocumque contingere aut in eis seu quoad eos qualitercumque locum habere, que omnia, & singula volumus pro nominatim singulariter, & expresse repetitis haberi & velut taliter repetita robur efficaciamque sortiri diligentius observarent, eisque studerent in omnibus, & per omnia obedire. Alioquin tam ipsos Regem Aragonum Nepotem, & Michaellem Paleologum quam alios universos, & singulos dictis nostris monitionibus, preceptis, vel inhibitionibus non parentes cujuscumque forent preeminentie, Dignitatis, conditionis, aut status Ecclesiastici vel mundani, Excommunicationis sententia, quam in eos de fratrum predictorum consilio ex tunc duximus proferendam, proinde innodatos esse decrevimus ipso facto ac si expressi fuissent in hujusmodi processu nostri serie nominatim: Civitates vero Castra, & alia loca qualibet nec non universitates, que jam dictis monitionibus, preceptis vel inhibitionibus non parent, Ecclesiastico Interdicto, quod ex tunc in illa promulgare curavimus, esse volumus eodem modo subiecta. Interdicta vero premissa sic arcte precepimus observari, ut in locis, que incidissent in ea vel incidere in futurum, nulla Ecclesiastica Sacramenta exceptis dumtaxat Baptismate Parvulorum, & penitentis morientium ministrarentur, nulla divina celebrarentur officia, nisi solum Missarum solemnia, que in Cathedralibus & aliis Collegiatis, & Parochialibus Ecclesiis ad conficiendum corpus Christi morientibus ministrandum submissa voce clausis Januis, Interdictis, & Excommunicatis prorsus exclusis semel tantum in septimana permittimus celebrari. Non obstantibus quibuslibet Privilegiis vel indigentibus Cisterciensibus, Predicatoribus, Minoribus vel Religiosis aliis aut Secularibus Personis Dignitatibus, Civitatibus, Castris, Locis, Collegiis vel universitatibus quibuscumque, sub quavis forma, vel expressione verborum ab eadem Sede concessis, que omnia quoad hac volumus omnino viribus vacuari.

Inventataque eisdem, Regi, fautoribusque censuras.

Rescriptaque pactiones mores ad hoc intas.

§. 12. Et nihilominus Societates, Colligationes, Conventiones hujusmodi, & quaslibet alias factas, & etiam faciendas in favore ipsius Regis Aragonum quoad instans negotium ejusdem Regni Siciliae, aut in Ecclesie, seu Regis Caroli predictorum qualescumque dispendium, vel gravamen etiam si essent Juramentorum, poenarum adiectione, vel quovis alio vinculo roborata, de potestatis plenitudine dissolventes, & carere decernentes omni robore firmitatis, Universos, & singulos qui se ad earum observationem quomodocumque, seu quantumcumque solemniter astrinxerunt, ad eas observandas decrevimus non teneri. Nec pro eo quod ipsas deinde minime observarent, de reatu periurii aut ratione poenarum, vel conventionum quarumlibet adiectionum in illis posse in Judicio vel extra Judicium impetri, seu aliquatenus molestari quin immo eos ab illarum observatione sub poena excommunicationis, quam ex tunc protulimus, & ipsos si fecus facerent, incurere volumus ipso facto, precepimus penitus abstinere. Prædiximus quoque apertius omnibus tam Personis Ecclesiasticis, & Sæcularibus, quam Civitatibus locisque aliis, & Universitatibus supradictis, que hujusmodi mandatis nostris, preceptis, & inhibitionibus contumaciter non parent, quod non solum ad exequendum comminationis premissas, sed & alias gravius spiritualiter, & temporaliter contra eos, & specialiter contra Civitates, quas contingeret in hujusmodi contumacia deprehendi ad privandum eos Archiepiscopali, vel Episcopali Dignitate. Contra memoratos vero Rebelles Insulam supradictam ad interdicendum, ipsi cum quibuslibet aliis, & aliis quibuscumque cum eis omne commercium quando, & prout facti suaderet qualitas & forte videremus expediens curaremus procedere.

Aliaque penas inflicte inobedientibus.

§. 13. Ad hæc prefatis Regi Aragonum, Michaeli Paleologo, & aliis universis, qui contra premissa nostra monita, & precepta, vel inhibitiones predictum Regnum Siciliae in eadem Insula, seu in reliquis Regni prefati partibus invadere, turbare, impetere, seu molestare quomodolibet presumpserunt publice, vel occulte, generali, & publico edicto denunciavimus, quod nisi Rex ipse Aragonum, alii que predicti in eisdem Insula, & Regno Siciliae ac vicinis seu quibuscumque Italiae partibus commorantes infra festum Purificationis Beate Virginis nuper præteritum, alii vero in locis remotioribus constituti infra Kalendas Aprilis ac idem Paleologus infra Kalendas Maii proxime sequuturas: quod quidem tempus eis pro peremptorio termino duximus assignandum, humiliter ad nostra, & Ecclesie mandata redirent nostris præcisè beneplacitis parituri, & tam nobis & eidem Ecclesie, quam prefato Regi Carolo de contumacia, & contemptu, damnis, & injuriis omnique interesse satisfactionem plenariam, competentem tempore, quod eis ad hoc præfixerimus impensuri, ex tunc Personas eorum citra mortis, & mutilationis periculum, & bona omnia mobilia exposuimus a quibuslibet fidelibus libere occupanda, ipsosque feudis, bonis, & juribus omnibus, que ab eadem Romana, vel aliis quibuscumque tenerent Ecclesiis, privilegiis, indulgentiis, & gratiis quibuslibet ipsi ab eadem Se-

Indistamque Petro, Michaeli Paleologo, aliisque diem.

Sede, sub quavis verborum forma concessis apostolica auctoritate privavimus: Vassallos eorum a juramento fidelitatis, quo forsitan tenerentur eisdem penitus absolventes. Predicto autem elapso termino quomodocumque. Nobis videretur expediens ad privandum eundem Regem Aragonum ipsius etiam absentia non obstante prefato Regno Aragonie, omnibusque aliis terris suis seu ad ipsa Regnum, & terras similiter exponenda, quoad Regnum ipsum terrasque predictas semper nostro, & ejusdem Romanæ Ecclesie Jure salvo. Et nihilominus contra eum pro qualitate criminum, quibus, ut prædictum est, ipsum, præterdunt obnoxium, quantum nostrum officium pateretur, facti suggereret qualitas, nobisque fore videretur expediens auctore Domino procedere curaremus.

Que quidem censura non erant relaxande nisi in mortis articulo.

§. 14. Premissas vero Excommunicationis sententias prohibuimus abique speciali Apostolice Sedis mandato nisi forsitan in Mortis articulo relaxari, quo casu nisi absolutio beneficium obtinentes infra tres Menses postquam forent sanitati pristine restituti, de loco interdicto supposito si fortassis existerent inibi recedentes Apostolice se conspectui præsentare curarent, satisfacturi de suis excessibus, pro quibus incurrerent sententias supradictas, & Sedis ejusdem beneplacitis parituri relaberentur in sententias similes eo ipso, dictas quoque sententias sic firmiter & inviolabiliter volumus observari, quod absolventi ab eis, vel relaxandi easdem nisi forte in mortis articulo, ut est dictum, tam omnibus Penitentiaris nostris quam aliis quibuslibet Confessoribus, sive Generalibus, sive specialibus seu familiaribus quarumcumque, vel quantumcumque sublimium Personarum ubilibet consistentium ademimus potestatem, etiam si a Nobis vel aliquo Prædecessorum nostrorum sub quacumque verborum forma generalem, vel specialem aut liberam absolventi aliquem vel aliquos a sententiis hominis vel Canonis, seu alias eas quomodolibet relaxandi obtinuerint facultatem. Si quis autem abique speciali Sedis prelibate mandato ex tunc obtinendo contrarium, forte præsumerent, tam absolventem a predictis sententiis, seu relaxantem easdem, quam hujusmodi absolutioem, vel relaxationem recipientem, in quacumque forent dignitate preeminentia, statu, vel ordine constituti ex causa hujusmodi Excommunicationis vinculo duximus innodandos. Hujus etiam relaxationem sententiæ prefate Sedi similiter reservantes mortis articulo dumtaxat excepto. Et tunc nisi sanitate recepta infra temporis spatium competentis juxta locorum distantiam ad Sedem venerint supradictam, suum humiliter recognituri reatum, & Sedis ejusdem beneplacitis parituri, relaberentur in sententias similes ipso facto. Ab his vero mulieres in hoc tantum excipi volumus, ut si solum prestiti ratione favoris in hujusmodi sententias forsitan incidere, possent per Digressanos suos juxta formam Ecclesie absolutioem beneficium obtinere.

Statutis quoque contra seculum agentes penis.

Que omnia supra obrita que fuisse sonit.

§. 15. Tantis itaque ac talibus per premissas monitiones prohibitiones, & poenarum comminationes memoratis Petro Regi Aragonum, Nepoti, Rebellibusque Siculis, Ministris, complicibus, Satellitibus, & fautoribus eorumdem, tamquam apertis datis significationibus, ut a facie arcus fugerent, & se ab instantis recti judicii

merita duritia liberarent, non humiliatum, sed obduratum est in suis perveritatibus insipiens cor eorum. Nec enim acieverunt monitionibus, nec prohibitionibus paruerunt, nec comminationum horrere servitiam, nec ab earum instantia expaverunt, sed eis contemptis omnimodis suas non solum continuatione aggravaverunt nequitas, verum etiam multiplicationibus variis ampliarunt. Ad alias partes Regni Siciliae extra sepefatam Insulam constitutas hostiliter impendendas suos sic fertur conatus nefarios extendentes.

§. 16. Ne igitur tam justæ comminationes fiant injuste ludibrio, si earum justitia prosecutione debita fraudaretur, neve sine vindicta, gravis adeo crescat insania, dignum putavimus, ut memoratum Petrum Regem Aragonum, Nepotem tantamque ipsius proterviam ultrix sententia persequatur. Et ideo Regnum Aragonie, ceterasque terras Regis ipsius de fratrum ipsorum consilio exponentes ut sequitur, ipsum, Petrum Regem Aragonum eisdem Regno, & terris, regioque honore sententia liter justitia exigente privamus, & privantes exponimus eadem Regnum, & terras occupanda Catholicis, de quibus, & prout Sedes Apostolica duxerit providendum in dictis Regno & terris Ecclesie Romanæ ejusdem, ut præmittitur, jure salvo: Vassallos ipsius, quos ut premissa declarant, a juramento fidelitatis, si qui tenebantur eidem, jam absolvimus, denunciantes penitus absolutos, & denovo ab eodem & a quolibet fidelitatis vinculo & homagio expressius absolventes, ac eisdem Petrum quondam Regem, Siculos complices, & fautores eorum, omnesque alios singulares, qui predictas monitiones, inhibitiones, & comminationes damnabiliter contempserunt, premissis Excommunicationis, Universalitates vero, Civitates, Castra, & loca cetera denunciavimus interdicti sententiis subiacere. Ipsos & ipsa ex causis eisdem & propter continuatam auctamque ipsorum contumaciam similibus sententiis supponentes.

Petrum Regem subditos a juramento solvens fidelitatis.

Siculosque rebelles, Civitates & ecclesiastico supponit in terditio.

§. 17. Universis præterea Christifidelibus cujuscumque conditionis, præeminentie, sive status etiam si Dignitate Pontificali, seu Regia forsitan decorentur, & specialiter Archiepiscopis, Episcopis, aliisque inferioris gradus Prælatibus, & Personis Ecclesiasticis, Religiosis cujuscumque Religionis aut Ordinis, & Sæcularibus, ipsique Petro quondam Regi Aragonum, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Universitatibus, Civitatibus, Castrorum, ceterorumque locorum, ac Universis incolis, & habitatoribus eorumdem Regni, & Terrarum, quibus dictum Petrum, tunc Aragonum Regem privavimus, districtius inhibemus, ne ipse Petrus de dictis Regno, & Terris se de cetero aliquatenus intromittat. Neve ceteri supradicti eidem Petro dudum Regi vel aliis quibuscumque contra dictas privationem, & expositionem aut prosequentes easdem, per quos dicta Regnum & terras occupanda, Sedes eadem providebit, tentantibus se opponere assistant, vel qualitercumque faveant, sive presentem in hoc consilium, auxilium, seu favorem publicum vel occultum quacumque occasione quaerant, vel prætextu alicujus homagii vel cujuscumque colligationis, confederationis, societatis seu cujusvis conventionis aut ju-

Dat imperia Præfatis, ac Procuribus ne Petro adhaerant.

re contracta hactenus, sive imposterum contrahenda, etiam colligationes, confederationes, societates, & Conventiones hujusmodi & alia supradicta penarum adjectionis, literarum, vel Juramenti seu cujuslibet alterius sint vinculo firmitatis innexa.

Omnes colligationes, federationes, societates, conventiones, ceteraque hujusmodi premissa quoad hoc de potestatis plenitudine dissolvimus: Juramenta super illis premissa, penaque propterea premissas penitus relaxantes, & Universos, & singulos, qui eas contraxerant se ad earum observantiam quantumcumque solemniter astringendo, ab ipsorum in premissis observatione penitus absolventes; specialiter autem Archiepiscopis, Episcopis, & ceteris Personis Ecclesiasticis, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Incolis, & habitatoribus supradictis eorumdem Regni Aragonum, ac terrarum prohibemus expresse, ne dictum Petrum olim Regem Aragonum pro Rege vel Domino recipiant vel habeant, neve sibi obediant, vel intendant, aut ipsi vel alii pro eo de redditibus, vel obventionibus, sive Juribus Regalibus seu ratione Domini debitis respondeant, vel aliquam satisfactionem impendere sub velamine quocumque presument; Alioquin memoratum Petrum, quondam Regem, & omnes singulares Personas cujuscumque sint preeminentie, conditionis, aut status ecclesiastici, vel mundani etiam Regalis Dignitatis honore praeferantur Excommunicationis, Civitates vero, Castra, Villas, & loca cetera, nec non Universitates ipsorum, quae dictas inhibitiones vel earum aliquam praeferantur propria temeritate presumpserint, Interdicti sententiam, quas ex nunc ferimus, decernimus subjacere.

Obstantibus derogat.

Publicatio hu jusce Processus.

§. 18. Nos enim colligationes, confederationes, societates, conventiones, ceteraque hujusmodi premissa quoad hoc de potestatis plenitudine dissolvimus: Juramenta super illis premissa, penaque propterea premissas penitus relaxantes, & Universos, & singulos, qui eas contraxerant se ad earum observantiam quantumcumque solemniter astringendo, ab ipsorum in premissis observatione penitus absolventes; specialiter autem Archiepiscopis, Episcopis, & ceteris Personis Ecclesiasticis, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Incolis, & habitatoribus supradictis eorumdem Regni Aragonum, ac terrarum prohibemus expresse, ne dictum Petrum olim Regem Aragonum pro Rege vel Domino recipiant vel habeant, neve sibi obediant, vel intendant, aut ipsi vel alii pro eo de redditibus, vel obventionibus, sive Juribus Regalibus seu ratione Domini debitis respondeant, vel aliquam satisfactionem impendere sub velamine quocumque presument; Alioquin memoratum Petrum, quondam Regem, & omnes singulares Personas cujuscumque sint preeminentie, conditionis, aut status ecclesiastici, vel mundani etiam Regalis Dignitatis honore praeferantur Excommunicationis, Civitates vero, Castra, Villas, & loca cetera, nec non Universitates ipsorum, quae dictas inhibitiones vel earum aliquam praeferantur propria temeritate presumpserint, Interdicti sententiam, quas ex nunc ferimus, decernimus subjacere.

§. 19. Non obstantibus quibuslibet Privilegiis, vel indulgentiis quibuscumque Imperatoribus, Regibus, Principibus, Archiepiscopis, seu quibuslibet Praelatis aliis, Cisterciensibus, Praedicatoribus, Minoribus, Hospitalariis, Templariis, seu Religiosis aliis, aut Secularibus Personis etiam in Dignitate qualibet constitutis, Civitatibus, Castris, locis, Communitatibus, Collegiis, vel quibusvis Universitatibus sub quacumque verborum forma, vel expressione ab eadem Sede concessis, & quibuslibet aliis Indulgentiis ejusdem Sedis, per quas praesentis Processus effectus impediri valeat, vel differri. Quae quidem omnia Privilegia, & indulgentias quoad hoc omnino viribus vacuumus. Et nihilominus contra hujusmodi Praesumptores, & specialiter contra dictos Praelatos, Religiosos, Comites, Vicecomites, Barones, Incolas, Habitatores, Civitates, Castra, Villas, ac alia loca, & Universitates ipsorum ad privandum eos & ea quibuslibet privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, sive gratis ipsis ab eadem Sede concessis, nec non Terris, feudis, & Juribus, quae a praefata Romana, vel aliis quibuscumque tenent Ecclesiis, seu Personis Ecclesiasticis, ac alias gravius spiritualiter & temporaliter, quando & sicut facti fuerint qualitas, & expedire viderimus, praevia divina gratia procedemus.

§. 20. Ut autem hujusmodi noster Processus ad communem omnium notitiam deducatur, Car-

tas sive membranas Processum continentes eundem in majoris Ecclesiae Urbevetan. appendi vel affigi Ostitis, seu superliminaribus faciemus, quae Processum ipsum suo quasi sonoro praconio & patulo indicio publicabunt; Ita quod idem Petrus vel alii quos Processus ipse contingit, nullam, postea possint excusationem praeferre, quod ad eos talis Processus non pervenerit, vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile remanere quo ad ipsos incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Actum apud Urbem veterem in Platea dictae Majoris Ecclesiae Duodecimo Kalendas Aprilis Pontificatus nostri anno II.

Dat. die 21. Martii 1283. P. Ann. II.

HONORIUS IV.

P A P A C X C.

ANNO DOM. MCCLXXXV.



Honorius IV. antea Jacobus Sabelius, natione Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariae in Cosmedin electus est Perusii in summum Pontificem die 2. Aprilis anno 1285. & Romae consecratus, atque inthronizatus est apud S. Petrum die 13. ejusdem. Sedit in Pontificatu Annos II. imperantibus in Oriente Andronico, in Occidente Rodulpho Rege Romanorum. Obiit siquidem die 3. Aprilis anno 1287. & sepultus est in Ecclesia S. Petri juxta Nicolaum Papam III. Vacavit Sedes Mess. X. dies XIX.

Ency-

I.

Encyclicis literis Christianifideles promotionis suae certiores faciens, ad divinam ipsi operam suis precibus conciliandam provocat.

Ex Raynalde ad ann. 1285. p. 17.

De divina providentia in dandis Ecclesiae Pastoribus.

Non propriis viribus, sed in Dei potentia succurrendum.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei.

Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus; mira, & innumera suae virtutis opera, quae ipse potens ex omnibus potenter, & ineffabiliter operatur, ita sufficienter enuncians, & explicitè differens, ut audiantur ab aliis, & audientes laudibus ipsum condignis attollant, laudandum procul dubio sine fine secundum multitudinis infinite? Profecto admiratio mixta quaestioni praemissa non tam raritatem ad quaesita sufficientis insinuat, quam generalem omnium in hoc insufficientiam veridica insinuatione designat; nec enim quisquam explicare loquendo, vel comprehendere sufficit meditando, cum sint incomprehensibilia Dei Judicia, & investigabiles viis ejus, & idcirco, nec ad comprehendendum, vel etiam investigandum humana ratio proficit, sed investigando miratur stupet, & deficit, cur ipse terribilis in consiliis super filios hominum, & praecipue circa regimen Sacrosanctae Matris Ecclesiae innotescens interdum Rectores ipsius virtutibus fortes, & viribus pro sua dispositionis libertate subducit, interdum in successoris substitutione illis, quos aptiores ad id communis hominum censura perhibebat, omittit, Ecclesiae ipsius gubernationem, & curam longe disparibus in utriusque alto suo consilio licet nobis occulto, & nihilominus admirando, saltem praemittendo committit; in hoc etiam sua omnipotentia, & nihilominus eandem Ecclesiam per ipsum principaliter gubernari evidenter ostendens: evidens etenim est opus potentiae virtutisque potentis immensi oneris sarcinam culmini Apostolatus annexam adeo levigare debilibus, ut levigantis ope salubriter supportetur, & proinde manifestus pateat ipsam Ecclesiam regi, & dirigi potius opitulantis arbitrio, quam illius, cui regimen ejus erat sua dispositione, seu permissione commissum.

Sic, sic ille Pater omnipotens providentia cuncta gubernans, constitutos inter maris mundi hujus amari procellas, sine rate salvificat populum, qui alias ubi non est Rector, facile corrui, a ruina sine Rectoris idoneitate praeservans. Non enim vocat multos sapientes secundum carnem, non multos nobiles multosve potentes, sed infirma mundi eligit, ut superbiam innitentis sibi fortitudinis humanae retundens, fortia quae confundat, nec aliquis creaturae sapientiae, nobilitati, vel potentiae ipsius Ecclesiae directionem erronee praesumat adscribere, sed totaliter attribuat Creatori.

Ex hoc etiam est, quos conscientia insufficientiae suae premit, spe roborans, fiduciaque confortans, ut si quem hujusmodi ad jugum Domini, & ipsius onera in ejusdem Ecclesiae regimine subeunda vocari contingat, instante necessitate non sic defectus proprii considerationi

tuccumbat, quod cedens laboribus, colla subducens oneribus, seque mercenarium exhibens, custodiam dominici ovilis effugiat, & eandem piam Matrem Ecclesiam, in tempestatibus variis fluctuantem, impie derelinquat, sed de se ipso diffidens confidat in Domino, & de illo sperans, Ecclesiaeque compatiens subire prout res exigit ipsius onera non paveat. Hujusmodi spe fiduciaque reficimur in eo, quod in eadem Ecclesia iis accidisse diebus ad humiliationem nostram, & conditoris omnium gloriam in vestram notitiam, licet jam volantis famae praconio forte deductum, censuimus ferrosius, & certius deducendum.

Nuper siquidem quarto Kalendas Aprilis felicis record. Martino Papa Praedecessore nostro, prudenti, ac scientiae, multarumque aliarum virtutum dono pollente per naturalis mortis occasum de nequam saeculi hujus angustiis liberato, & ipsius corpore cum debita exequiarum solemnitate sepulto, prima die dicti mensis cum Fratribus nostris, de quorum numero tunc eramus, libere nulla inclusionis coactione praerambula, quam aliquando in Ecclesia ipsius vacationibus damnabilis praesumpsit abusus, convenimus ad tractandum de substituendi electione Pastoris. Et postquam Missarum solemniam ex more in honore Sancti Spiritus celebrata, tractatu aliquo habito, tandem in crastinum scrutinium via electa concorditer, factoque, ac publicato scrutinio, quod nec sequens habuit, sicut nec oportuit, nec praecedens votorum Fratrum eorumdem directorum in nos eo tempore Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconum Cardinalem, tanta est inventa concordia, & de unanimi eorum omnium voluntate adeo concors de nobis in summum Pontificem electio subsecuta, quod nos de tam grandi, tamque inexpectata, immo & nobis omnino inopinata novitate plus, quam verbis exprimere possimus, attoniti facti sumus, velut in mentis excessu. Filiis namque Matris nostrae, ipsius videlicet Ecclesiae Romanae communis Matris, & Domini, Cardinalibus contra nos pugnantibus, ut nobis iugo apostolicae servitutis imposito, custodem nos non in alienis vineis ponerent, qui ex nostrorum meditatione defectuum, nos nec propriis custodiendae sufficere humiliter confitemur, & post defectus eosdem, quos ipsis ad majoris voluntatis indicium quasi palpandos exponebamus obiectos, ad obtinendum super hoc consensum nostrum non solum importune instantibus, sed infeste.

Quanta animi nostrum perplexitatis vexabat anxietas! o quam acutis, quam amarum cor nostrum pungebatur aculeis diversis suggestionibus sub conscientiae, ac rationis examine confligentibus altrinsecus in eodem! Hinc enim nostra debilitas suggererat a molis importabilis universali mundi regimine nostros imbecilles humeros subducendos, nec Apostolorum Principis Cathedram tremendae altitudinis, vitanda insufficientibus sollicitudinis speculam conscendendam. E regione vero ejusdem status Ecclesiae, orbisque totius imperatus graviter immo in gentes fide Catholicae insignitas, non tamen infidelibus, sed & orthodoxis insurgentibus gentibus, & Regnis in Regna

De Martini morte.

Cardinalium suffragii in Honoriu tunc S. Mariae Diacon. Card. coelectis.

Honorii in respuendo Pontificatu moesta.

Quibus eausa honorem admittit.